

flammarum: causam querens ex domone, audit, quod ille, id est daemon, Christianis cruce munitis nocere non possit. Hac audiens conversus ad fidem cum S. Virgine Justina Martyr factus est. N. 26. 509.

62. Varii figuris praesignata.

Jota unum aut unus apex non praeteribunt: ubi S. Chromatius Aquilejensis: Jota est linea recta, apex transversa, adeoque crux. Ita Jota & apex crucis Sacramentum potest intelligi, quia jota & apex quaedam in se crucis imaginem ostendunt. Caelum & terra transibunt, virtus crucis non deficiet. M. conc. 33. an. 3. n. 3.

Disputant auctores, ex quo ligno fuerit crux Christi: aliqui putant fuisse ex palma, alii ex ilice, alii ex lignis Setim; sed tandem nescitur ejus generis lignum illud fuisse. Dicit potest fuisse materiam caelestem, & immortalem &c. D. 1. 6. VV. art. disc. font. 56. ex. 4.

Altare holocaustorum fuit figura S. Crucis 1. quia extra tabernaculum in aërio erectum: ita Christus extra castra, id est, extra Jerusalem crucifixus: 2. fuit ex lignis Setim incorruptibilibus: ita caro & crux Christi non vidit corruptionem. 3. Altare habuit quatuor cornua, ita crux Christi ad quatuor orbis partes diffusa. 4. In hoc altari quotidie immolabatur agnus: ita Christus in cruce fuit immolatus. C. Exod. c. 27.

In urbe Jerusalem qui signati fuerunt signo Tau, securi erant ab Angelo exterminatore: O quot salvandi sunt in mundo, cum ipse mundus, ait S. Hieronymus, plenus sit crucibus! aves in alto volantes expriment figuram crucis, navis antena cruci est assimilata, homo brachii expansi habet formam crucis. In fine mundi Crux erit signum Dei oppositum signo bestiae, id est, Antichristi: Beati, qui crucein fronti, & animo imprimunt, id est, qui crucein Christi tollunt, passionem edomant, erga proximos caritatis passione cruciantur. Signati estis in diem Redemptionis! C. in Ezech. 9. v. 4. an. 109.

63. Est summe estimabilis.

Assumpti duodecim suos secreto, & ait illis Ecce cur passionem suam secreto illis credidit? S. Chrysostomus ait, quia pretiosior thesaurus reponitur in melioribus locis secreto: ideo thesaurum suae crucis committit discipulorum cordibus secreto. M. conc. 33. an. 3. n. 4.

De cruce collegerunt SS. Martyres suos virtutum, & fortitudinis thesaurus, uti S. Felicula, S. Ignacius Martyr, S. Cyprianus, S. Vincencius &c. C. in Matt. 27. v. 35.

S. Thomas de Villanova ait: Crux blanda, crux dulcis, crux suavis & delictiosa est: summa opulencia est pauperum Christi, & summa gloria contumelia pro Christo. S. punct. 27. fol. 659.

Moscovita crucein collo pendulam gerunt, & si illa ultra pectus dependeat, indignum arbitrantur. Monachi Abyssiniae crucein continuo in manibus portant, ceteri in fronte, cum autem in bellum progrediuntur, viginti cruceis sibi praeferrunt. Jacobita in Armenia infancibus in baptismo crucein fronti inurunt. Theodosius prohibet crucein in terra in lapidibus aut scripturis formari, nec conculcetur. Idipsum fecerunt Pius IV. S. Carolus Borromeus, & alii. D. 2. n. 9.

Haud procul ab urbe Meliapor in India invenitur faxea Crux, supra quam S. Thomas Apostolus fuit lancea confossus, illa multis miraculis clara magnis in honoribus habetur. R. cent. 3. p. 2. mir. 42.

Beatissima Virgo Filium suum Divinum S. Agneti de Monte Politiano in brachia dedit, & in signum amoris eidem crucein, quae collo Filii sui pendebat, donavit. Haec crux adhuc singulis annis Prima Maji populo ostenditur. N. 15. Aug. Suffren 20. April.

64. Est solatio in morte.

Elias fugit mortem, & dum ad arborem venit, operat mori: ubi Rupertus: confugit ad vivificum crucein lignum, illic ambit mortem, illic festinat commorari Christo. M. conc. 41. §. 4. n. 15.

Crux Christi significat per lignum vitae, in quo Christum in paradiso fecisset immortalem; ideo morientibus in manus porrigitur, tanquam dux, & testera immortalitatis. C. Gen. 2. v. 9.

S. Franciscus de Paula feria sexta Parasceves mortuus, crucein constanter manibus tenens, spiritum in manus Domini magna cum confidentia & solatio emisit. Vates Regius exclamavit: Exultabunt Sancti in gloria, ubi S. Hieronymus legit: Exultabunt Sancti in cruce. Ginth. conf. 105. n. 5.

In hoc baculo transibit Jordanem! Jordanes idem est ac iudicium, per baculum autem intelligitur S. Crux! O Christiane post omnes mundi delicias, & divitias,

in morte unicum solatium tibi supererit sancta Crux! &c.

Crux in milleas particulas divisa non decrevit, adeoque est symbolum immortalitatis; quid nictiam sit testera beatae immortalitatis: Gint. Unus pro om. conf. 6. n. 4.

Instrumenta Passionis.

65. Ubinam locorum asseruntur.

Cum Veneti urbem Constantinopolitanam, a Saracenis liberarunt, & Imperator Balduinus pecuniam non haberet, qua suos liberatores praemiaretur, lanceam, spongiam, & frustum crucis quibusdam mercatoribus oppignoravit pro ingenti pecunia, quam dein Venetis distribuit. At S. Ludovicus Rex Galliae redemit sacrum thesaurum, & Parisiis in sacello regio deposuit, cui eodem anno Balduinus Imperator, etiam coronam spineam donavit. F. p. 3. l. 6. f. 181.

Sacra Syndon, in qua Christi corpus sepultum erat, Taurini in Sabaudia asserunt. Ginth. Unus pro om. conf. 44. n. 3. D. 1. 6.

Tunica virgini, quam Beata Virgo convellit, & cum Christo crevit, asseruntur Treviris. Ginth. Unus pro om. conf. 68. n. 3.

Joannes Columna Cardinalis ab Honorio Pontifice Christiani exercitus legatus, in Egypto Heliopolim expugnavit, & Romanorum tropaeum reportavit, videlicet columnam, in qua Christus flagris caesus fuit, quam in templo Sanctae Praxedis erexit. C. Ita. c. 50. v. 6.

Constantini Imperatoris clavum Christi in frantum sui equi aptari iussit. D. 17. D. 4. 46.

Spongia una est Romae apud S. Joannem in Laterano, altera Parisiis, sanguine tincta. D. 3. 10.

Beata dicit, Solymae asserari calicem, in quo Christum consecravit in cena, una cum spongia, qua potus illi fuit oblatus, alii putant illum calicem esse Valentiae in Hispania. Pelvis, in qua Christus lavit Apostolorum pedes, facta est in Crucifixi imaginem cupream, asseratam in Insula Rhodus.

Mappa mensae in cena adhibita est Ullipone. D. 6. 38.

Bizantii in templo S. Joannis ostenditur particula de Zona Christi.

Apud PP. Carthusianos S. Mariae de Arriago, particula de pallio Christi, cujus sinitria tactu mulier sanata fuit. D. 9. 96.

In Monasterio S. Nicolai in Sicilia, quod plane inter Monasteria, quae Ordo

S. Benedicti habet, nulli pulchritudine cedat, asseruntur clavus, quo Christus Dominus fuit cruci affixus.

Cum Christus Dominus de cruce fuit depositus, vulneratum corpus B. V. Nicodemus & alii aqua lavarunt, & eam in subiecta pelvi asserarunt, qua temporis deinde successu concreta, & in massam redacta sanguineam, admixto hinc inde aequo colore, suis Brugenibus in Pandrino Balduinus Rex Hierosolymor. ex Palestina per Abbatem S. Bertini transmisit. Brugenis summa industria, hunc thesaurum, adjuvante Deo, contra Gethcorum furorem asserarunt, & hodie asserant, & venerantur. Costerus de Pass. Dom. med. 49.

CRUCIFIXUS.

66. Deducat peccatum sua Passione.

S. Sanctus Vincent. Ferr. parabola affert: fuisse duos fures, qui in urbe surandi causa tenderent, cum vero fures in patibulo ipsius Pratoris filium pendere cererent, rigorosa iustitia terribi regressi sunt. Dei Filius cur in cruce patibulo pendet? ad Paul. propter nostra peccata, quem proposuit ad ostensionem iustitiae. B. Ser. 5. nu. 29. 30. Item Ser. 12. n. 14.

Tres amici venientes ad Jobum nec verbulo illi colloquuntur: Quare? quia obstupescentes cogitabant: si Deus cum innocente tam severe agit, quid nobis metendum erit? B. Ser. 13. §. 9.

Rex Moabitum, dum in moenibus filium immolat, hostes obidentes fugat: tu dum vides immolari Filium Dei non fugis peccata. S. punct. 27. fol. 697.

Cum Absalon in praeco fuit fufus, & in fuga ex illice capillis haesit, nunciavit hoc quidam Joabo: Vidi Absalon pendere de quercu. Cui Joab: si vidiisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balneum? Nuntius autem respondit: si penderem in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Sic tu, mi Christiane, comparatus esto: vides in cruce pendere, non rebellem Absalonem, fed missillum Patrem, ah! pro toto mundo non mitte manum tuam in illum, id est, non offende peccato; filius enim Regis est, & Redemptor tuus &c.

Filius Jacob innocentem fraterculum Joseph exitiali odio persecuti, illum in Ierovitum vendiderunt, utque crude facinus palliant, tunicam illius sanguine intrin-

Lancea Spongia Frustum crucis.

Corona spinea. Sydon Sepultura.

Tunica Christi.

Columna Basiliensis.

Clavus.

Spongia.

Calix.

Spongia.

Pelvis.

Mappa mensae.

Zona & pallii particula.

Clavus.

ang. sanguine.

ad Paul.

de quercu. Reg. 189.

intrin-

dam Patri exhibuerunt, dicentes: Fera pessima devoravit filium tuum! Mendacium hoc erat, sed ponamus verum fuisse! O quam implacabili odio exarisset Jacob contra feram hanc pessimam! nonne cum tota familia consilia agisset, totamque viciniam in opem vocasset ad persequendam hanc, & extringendam belluam, quae amabilissimum filiolum suum occidisset! En! Innocentissimus Dei Filius in cruce mortuus pendet! Quis illum occidit? fera pessima, peccatum! O! quisquis igitur Deum amat, studeat ulcisci hoc facinus, & persequi, ac exterminare peccatum tam in se, quam in aliis viribus omnibus collaboret!

67. Docet nos patientiam & perseverantiam.

Christus ad fannas, & opprobria Judaeorum non descendit de cruce, quamvis promitteret, se credituros in eum: Quare non descendit? Respondit S. Hieronymus, quia non fuissent credituri; si enim non crediderunt Christo Lazarum, alioque mortuos suscitanti, utique non credidissent, seipsum a morte liberanti. Respondit S. Bernardus: Non descendit, ne daret occasionem surripiente nobis perseverantia, qua sola coronatur. Et ne faceret obmutescere praedicatorum linguas, consolantium pusillanimes, & dicentium singulis: Tu locum tuum ne deseras, quod sine dubio sequeretur, si respondere possent: Quia Christus suum deseruit. C. in Matth. 27. v. 41.

Christus fuit Rex Martyrum, injurias enim, vulnera, dolores, ipsamque mortem sine omni resistente tolerando, docuit Martyres patientiam perfectam. C. in Matth. 5. 37. & seq.

Sicut amiger Jonathan ad castra Philistaeorum repando ascendente secutus est; ita Christum cruce onustum omnes Martyres secuti sunt: Nihil sic eluceat, sicut caput Martyrum, ait S. Augustinus, parum erat, Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo. Ginter, Unus pro om. conf. 143. n. 3.

68. Semper praec oculis habendus.

Exoph. 1. 3. de Job. Cyr. Illa sponsa nunquam avertit oculos a sponso, qui eam sua morte & carcere liberare voluit. S. punct. 154. fol. 503. A. lect. 8. §. 11.

Hoc exercitium semper habuerunt Sancti: Abbas Stephanus inter fratrum col-

loquia totus absorptus, cum de responso orgeretur reposuit: ignoscite non adverti quid locuti sitis, quia diu nocturne nihil aliud aspicio nisi Dominum JESUM in signo pendentem. Sancta Theresia dolores, & zelum Domini sentiebat in mente volvebat. A. lect. 8. §. 11.

Optandum esset, ut Christianorum corda essent similia illi fructui in Braulia, qui ab incolis dicitur Nicessi: Nascitur in autumnus inter duo folia praeprandia, & speciem refert mali citrini, aut cucumeris: cum autem in medio discinditur, imaginem Crucifixi perfecte representatam in se continet. P. Carli in suo Aethiopiae c. 5.

Fuit in cruce quasi signum ad sagittam positum, in quod odia gentilium & Judaeorum collimabant, non alium in finem, quam ut Christianus pari promptitudine, & patientia adversitates exciperet tam externas, quam internas, a demone, a carne, ab amicis, ab inimicis, a morbis &c. C. Thren. 3. v. 13.

Hic Deus & cruce pendens ab aeterno amavit, & dum adhuc lateres in tuo nihilo curam tui habuit, ibi omnes gratias ac beneficia ad tuam salutem disposuit, & pro te mori decrevit. In ipsa passione & cruce tui memor fuit, ac si tibi soli viveret, tibi soli moretetur, an non acquiescimus tui in corde, in memoria, in intellectu, & voluntate continuo habes?

69. Est magnes nostri amoris.

S. Bernardus ait: Non est elevatus in crucem, ut se difficilem praebere accederet ad eum volentibus, sed magis, ut omnibus posset paratior inveniri: accedens ergo cum fiducia suscipe affectum paratum ad tuos, & te ad suos invitantis amplexus, & quodammodo miserabiliter, misericorditerque clamantis: Revertere, revertere, ut inveniam te, &c. Conformare nam te imaginis Divinitatis tuae, cum te crearem: conformatus sum imaginis humanitatis tuae, ut te reformarem: Tergo, qui non retinuisi formam Divinitatis tuae tibi impressam in tua formatione, retine saltem formam humanitatis tuae mihi impressam in tua recreatione, &c. S. punct. 27. fol. 657. & seq.

In manibus meis descripsi te. Qualis haec scriptura? respondet Ven. Avila: calamus sunt clavi: atramentum sanguis infusus ferientis; apyrus caro: & lemmatis loco haec verba: In caritate perpetua dilexi te.

S. Bern. 1. de Pass. Dom. 47.

ideo attraxi te miserans. In Vit. Avilae mihi fol. 124.

Exaltatus in cruce omnia traxit ad se ipsum; traxit Angelos amarentes: traxit eulum cum sole & luna obnubilatis: traxit Inferos, quia multi post ejus obitum resurrexerunt: traxit Justos, & inter hos Josephum Arimatheum, & Nicodemum: traxit peccatores, latronem & percutientes pectora sua, &c. Ginter, Unus pro om. conf. 107. n. 3.

70. Est liber in quo omnes legere possunt.

Scriptus est hic liber intus & foris, ait S. Laur. Justinianus: a Judaeis & gentibus liber hic depictus est foris: legat hic simplex & indodus: Intus scriptus est sapientia Patris, legat hic spiritualis & perfectus &c. S. punct. 27. f. 691.

In cathedra crucis Christus factus est magister omnium, ibi eruditur centurio, latronem, & percutientes pectora sua. S. punct. 27. fol. 692. & 768.

Lignum, in quo fixa sunt membra patientis, etiam cathedra fuit Magistri docentis, ait S. Augustin. In hac cathedra docuit Christus t. summum suum in homines amorem. 2. Gravitatem peccati. 3. Acerbitatem poenarum infernalium. 4. Pretium humanae animae, & 5. magnitudinem praemii caelestis. C. in Matth. 27. v. 35.

Ezechiel mirabilem vidit librum, qui scriptus erat intus & foris, scripta autem erant in eo, Lamentationes, carmen & ve, hic liber a Propheta gustatus factus est in ore ejus sicut mel dulcis. Liber hic est Crucifixus, amarus & dulcis: sicut in quolibet libro sunt quibusque vocales; ita in Christo quinquae vulnera &c. Ginter, Unus pro om. conf. 112. n. 5. Et conf. 158. n. 4.

Quot sunt mysteria Passionis, tot sunt capitula pro Christiano in lectione hujus libri: si desolatione animi angeris, lege & considera tristitiam Christi in orto: si avaritia tenaris, considera iniquissimam venditionem per Judam: si infamia libertate diffusus, considera funium & catenarum vincula: si impatienter fers perpetuam, considera denudationem ignominiosissimam. Si a mortificatione abhorres, considera corpus flagellis vulneratum: si superbia extolleris, considera spineam coronam: si adversitate premeris, considera gravem crucis portatam: si rancore erga inimicos exardescis, considera orationem Christi pro crucifixoribus: si voluptate in esu & potu excedis,

confidera sel & acetum: si aecidia torpescis, considera terrae motum solisque & lunae tenebras, & dic tibi ipsi: si saxa rumpuntur, aequum est, ut & cor meum saevum contritione scindatur! &c.

71. Refugium nostrum in omnibus adversis.

Miles elypeo, quo tela excipere solebat, pro cymba usus est, ad trajiciendam fluvium, & quae exofolans dixit: hic verus & solus militum fuit, cum premeret solo, & folo ad Christum crucifixum dicit potest. C. Gen. fol. 159. col. 7.

Christianus non obitante mandato Patris, potuit sibi eligere mortis genus, quodcuque voluisset, elegit tamen mortem crucis. 1. ut ex ligno, unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. 2. Ut factus pro nobis maledictum de maledicto nos redimeret. 3. Ut inter caelum & terram pendens fieret Mediator inter Deum, & hominem. 4. Ut quatuor mundi partes se redempturum extenderet. 5. Ut semper nos instrumentum Redemptionis nobiscum ferre possimus, manu formando crucem contra inimicas potestates. 6. Ut omnia elementa & praesertim aera mundaret. 7. Ut crux omnibus esset asylum, prout loquitur S. Leo: Crux tua Domine, omnium S. Leonis benedictionum, omnium est causa gratiae. 8. Ut de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Ginter, Unus pro om. conf. 34.

S. Bernardus Novitio de tentationum importunitate conquerentem suavit, ut toties quoties animum oculofoque ad Crucifixum elevaret. Et profuit certe consilium! S. f. 529. Et fol. 693. Utinam afflicti in omnibus adversis Crucifixum intuerentur, certe ibi praesentaneum malorum remedium invenirent!

72. Refugium tentationibus concupiscentiae.

Moyles erexit serpentem aeneum, cuius aspectu vulnerati sanabantur: sed carbie terrens aeneus non omnino extinxit colubros? hoc non expediebat, ait Greg. Nyss. Iam Israelite potuissent fieri delides, & statim obivissent sui benefactoris. Igitur ut semper in populo maneret conscientia in aspectu, Fero non sunt destruitae. B. 1. 33. p. 13. C. Num. 21. v. 8.

Cappe ad visonem vesilli hostes fugantur: id ait Origenes certum est, quia ubi mors Christi in animo circumfertur, non potest regnare peccatum: est enim tanta

S. Greg. Nyss. de 2. 1. 1. 1. 1.

Orig. in Rom.

vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, nulla concupiscentia, nulla libido superfluit. S. punct. 153. fol. 491.

Iuventus in seculo delicate nutritus, in Ordinem S. Francisci concessit, in quo cum in Novitatu duriuscule haberetur, in proposito vacillare, & regredi in seculum decrevit. Cum autem anteabitu eorum Crucifixi impensius oraret, ab eodem interrogatus fuit: *Cur fugam meditaris?* respondit ille se imparem esse aspero vite rigori! Cui Dominus: Respice manus meas, pedes meos, & latus transfixum. Fecit hoc tyro, & in proposito sancto constanter perseveravit. Gint. Unus pro omn. Conf. 118. n. 7. Dicitur igitur Christianus in tentationibus sibi ipsi, simulculos convertendo in Crucifixum, dicat: Redemptor meus JESUS inter tormenta & vulnera in cruce pendet, & ego voluptatibus fruor? sic sic ad pacem animi redibit, & tentatorem in fugamaget! &c.

73. Recipit peccatores gravissimos.

Longinus pro mercede crudelitatis fidem, & salutem recipit. B. Ser. 52. n. 27.

Desperavit anima illa ob multitudinem peccatorum: tunc vocem ad cor audit: *Recordare paupertatis, & transgressionis mee, absinthii, & fellis.* Memorare, quod propter te pauper & nudus natus sum: recordare excessum amoris mei &c. S. punct. 24. fol. 96. & seq.

Vexillum erectum magnam prestat militibus fiduciam &c. ita illi qui criminum suorum gravitate diffidunt, in crucis vexillum oculos erigant. S. punct. 53. f. 489.

Christus in cruce expandit brachia, ut peccatores amplectatur. S. punct. 27. f. 663.

Comparatur arbori Therebinto, quia ex hac liquor salutaris fluit: ita ex Christi latere fluxerunt Sacramenta in peccatorum salutem. B. Ser. 70. n. 6.

De seipso dicit: *Ego sum flos campi!* Quare? Non solum ideo, quia omnibus patet accessus ad eum, ideo enim non voluit comparari flori horti, sed campi: verum hac etiam de causa, quia flos fragrantiam spirat, dum abscinditur. Vulneratores Christi convertuntur, crucifixo respiciunt, latrones salvantur, & idipsum adhuc hodie experimur. A. 1. lect. 2. n. 21.

Recepit Christus Magdalenam penitentem, Petrum stentem, latronem confidentem, paratus etiam recipere Judam proditorem, si ille ad arborem Crucis,

quam ad arborem funis confugerat ma-luisset, &c.

74. Est singularis motuum confidentie.

Sunamitis ad Elisai pedes provoluta magna cum fiducia rogabat, ut filium rediret: Ita fidelis anima ad Crucifixi pedes necessitates suas deferat, in-quiens: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* S. punct. 6. fol. 35. & punct. 24. f. 95.

Christus in cruce mori noluit, donec consummaretur Scriptura ad ultimum aspicem. Quid igitur diffidis de auxilioties in Scripturis promisso? S. punct. 22. fol. 91. & punct. 24. fol. 96. & seq. Item punct. 153. fol. 489. in fine.

Notarius quidam Mago seductus, cum coram infernali Ethiope Christum negare noluit, postea in templum intrans a Crucifixi benignis oculis, ubicunque staret, respectus est. E. *Crucis Virtus*, n. 2.

Christus in cruce mortuus est inclinato capite: 1. ut onus peccatorum, quibus gravabatur, demonstraret. 2. Ut significaret se mori ex obedientia. 3. Ut Patri se humiliaret. 4. Ut mundo ultimum vale diceret. 5. Ut vale diceret Matri. 6. Ut locum lancee designaret. 7. Ut ostenderet se peccatoribus reconciliatum. 8. Ut viscera misericordie sue nobis exhiberet. 9. Ut titulo crucis caput inclinaret, &c. C. in Matth. 27. v. 50. Dicit ergo sibi ipsi Peccator penitens, JESUS meus in cruce pendet, inclinato capite, expansis ad amplexandum brachiis, aperto pectore, orans pro persecutoribus: hac non sunt signa iracundia, sed pacis & amicitia! confugiam ergo ad umbram crucis tanquam asylum misericordissimum peccatricis anime! &c.

75. Copiosa Redemptione se totum dedit.

An non unica guttula sufficisset ad salutem mille mundorum? Omnino: respondet S. August. Domine satis saluti, sed non satis amori. S. punct. 153. f. 490. Nilominus omnes guttulas effudit, ut ostenderet Divinum cor non amplius esse iratum: ira enim est accensus sanguinis circa cor. S. punct. 153. fol. 492.

Non gutta, sed unda, ait S. Bernardus, quod si minus sufficiebat Redemptioni non satis erat amori. S. punct. 27. f. 666.

Notatum dignissimum est testamentum, quod Christus in cruce condidit: Peccatoribus dedit veniam: latroni regnum caeleste: Joanni Discipulo Matrem: Militibus

bus vestes: Nicodemo ampullam Divini sanguinis: Centurioni lineamina: Crucem suam Ecclesie: Divinae Matri Corpus: Divino Patri animam. Ginther, Unus pro om. conf. 28. n. 2.

In infantia ab Herode occidi noluit; quamquam enim hac mors sufficisset Redemptioni, tamen non suscepit caritati/ constituit, per triginta tres annos immensas aduersitates, paupertatem, famem, sitim, frigus & alium, ac tandem mortem crucis perpexit! sanguinem omnem effudit, ut sibi nihil reservaret. Idem.

Post mortem vultus Divini pectoris accepit, ex quo profudit sanguis & aqua. Cur autem primum post mortem? ut demonstraret, quod nullam sanguinis guttulam sibi reservavit. Idem.

76. Movet cor ad penitentiam.

Jonas Propheta in una die convertit urbem Ninive ad penitentiam. Cur verba illius fuerunt tam efficacia? Quia regens venit ex ventre piscis, pallidus, tremens, & cadaveri, quam homini similior. Aspice, mi peccator, Christum crucifixum, pallidum, exhaustum, vulneratum, & hic aspectus cor tuum commovebit ad penitentiam. Ginther, Unus pro om. conf. 34. n. 4.

Christus Dominus in monte Oliveti consolatorem habuit Angelum, in cruce non habuit: Quare? quia in cruce fatissimii illi fuit latro penitens, & qui revertebantur percutientes pectora sua. O peccator vis lenire dolores Redemptoris tui, quos pro te patitur: age penitentiam de peccatis tuis. Ginther, Unus pro om. conf. 55. n. 6.

Christus inclinato capite in cruce mortuus est, ut nobis peccatorum veniam offerret. *Caput flexit ad veniam, inclinavit ad indulgentiam*, ait S. Laurentius Justin. Ginther, Unus pro om. conf. 84. n. 6.

Propheta Jonas, ubi inaudit, propter se, suamque inobedientiam exortam esse temptatorem, voluit projici in mare: Mi peccator intuei Crucifixum, & cogita, propter tua peccata Christum in sanguinolentam passionis suae tempestatem incidisse, certe commovebitur animus tuus, ut in lacrymarum mare demergi desideres! M. conc. 41. §. 5. n. 3.

77. Moritur ob peccata nostra.

Legitur frequenter in historiis, quod *De Claus Spicil. univers. Pars. 1.*

prodigiose Crucifixi imagines sanguinem copiosum sudarunt. Quare hoc? Explico a comparatione: Cadavera occisorum in presentia homicidae sanguinant; hinc cum antiquitus, presertim in bello factum est homicidium, statim vocabatur totale legio, & qua quisvis militum cadaver trahere, & manum vulnere imponere cogebatur: ad eum deinde tactum sanguis ebullebat, in commissi criminis damnabatur, & condigno supplicio afflictebatur. VV. art. difc. font. 8. Ex. 2. O mi Peccator, in tua presentia sanguinem si sudaret Crucifixum, quid mirum foret? tua peccata illum occiderunt.

Quicumque ad mortem Christi cooperati sunt, volunt esse innocentes: Judas voluit esse innocens, quia in tempore tulerit triginta argenteos, dicens: Peccavi tradens sanguinem justum! Pharisei voluerunt esse innocentes, dicientes: Nobis non licet occidere quemquam. Pilatus voluit esse innocens lavando manus, & protestando: Innocens sum a sanguine Justii hujus! Diabolus vult esse innocens, quia per somnium misit uxorem Pilati ad illum, dehortando: Nil tibi, & Justo illi. Verum peccator non potest se excusare, cum ajat de Christo Propheta: *Vultus natus est propter iniquitates nostras, atrivius est propter scelera nostra!*

Cum tempore pellis grassantis homo etiam optime valens, vestem pessimam induit, certe contagiosam locum contrahit, in momenta singula morti obnoxius: Sic JESUS sanctissimus Dei Filius, habitum ventus ut homo, peccata nostra tulit, voluntarie peccati luem allumpfit, & mortuus est, ut nos ab hac peste, & a morte perpetua redimeret, &c.

78. In suis imaginibus mirabilis.

Quidam Fratres ex Ord. S. Franc. in loco, ubi Crucifixus pendebat, insolentius ridebant. Ecce? Crucifixus horrendum clamare, & facie exardescere cepit. Aliqui pra horrore paulo post mortui sunt, alii inodiosiores facti. T. n. 110.

Imago Crucifixi in Lusitania anno 1253. fratrem ex Monasterio ob difficultatem rigoris abiturientem, ostensione sacrorum vulnrum confortat. *Memog. PP. Francisc. 6. Nov. N. ibid.*

Christus Crucifixus in aere apparet Alphonso Regi Portugallie de immensa hostium copia triumphanti, eumque ad pugnam animat. A. Theophrastus non tantum victoriam retulit, sed & barbarorum terras ad

fidem convertit, Ginter, Unus pro om. conf. 16. n. 3.

In pago Reichenberg Episcopatus Hildesheimensis nonnulli Acatolici iaculatoriam in cœmeterio exercebant, inter quos Lutherani Prædicantis filius, Nonine Bodo, Crucifixi imaginem haud procul ibi erectam globo vulneravit. Et ecce! Crucifixus brachio fauciatu ex vulnere copiosum sanguinem fudit. Hæc sacra Crux postea a Comite Tullio Imperatoris Belliduce in arcem Sturvaldeensem translata est, ubi hodie dum pie asservatur. Ginter, Unus pro om. conf. 6. n. 5. Item conf. 20. n. 5.

Luca in Italia aservatur Crucifixi imago a Homero efformata, qua pauperulo homini, subsidium in sua paupertate exoranti, caleum argenteum in sinum projecit. Gint. Unus pro om. conf. 7. n. 6.

Imagines Crucifixi in petra & saxi ab ipsa natura expresse inventa sunt, uti Romæ, Madriti, & alibi. Gint. Unus pro om. conf. 20. n. 4.

In Anhal. Serv. B.P. conf. 11. p. 11.

B. Peregrinus, tabido pede laborans, a Medicis conclamatus fuit, ita ut fuerit statutum, pedem putrescentem altera die esse amputandum. Noctu Beatus collectis viribus e lecto precepit ad Crucifixum, a quo tactu manus in momento fuit sanatus. Ginter, Unus pro om. conf. 21. n. 4.

In Povegia, quæ Insula est haud procul ab urbe Veneta, quidam suo compatri coram Crucifixi imagine magnam pecuniam summam mutuum dedit. Cum tempore negavit debitor se pecuniam accepisse. Iste vero deficiente probationis suffragio provocavit ad eam Crucifixi imaginem. Et ecce! Crucifixus annuæ capitis signum veri testimonii dedit, unde ad usque hæc tempora caput habet ad pedus demissum. Gint. Unus pro om. conf. 21. n. 5.

Cum haud procul ab urbe Alexandrina immanis leo greges, hominesque dilaniaret, nec esset maloremedium, incolæ suavis Christi in medio campo Crucifixi imaginem erexerunt. Et ecce! altera die leo ad pedem crucis mortuus inventus est. Gint. Unus pro om. conf. 26. n. 5.

Drepani in Sicilia pauperula Mater filiolum famentem, & panem rogantem mittit ad Crucifixi imaginem. Ite puer, & pueri simplicitate petit panem. Et ecce! Crucifixus soluto a cruce brachio dedit illi candidissimum panem. Gint. conf. 50. n. 5.

In urbe Syria nomine Berito Judæus a Christiano domum emerat, & dum emptæ possessionem capite, videt ibi in cubili relictam a Christiano imaginem. Convocat

suos asseclas, qui huic imagini omnia ea tormenta intulerent, quæ audierant a suis progenitoribus fuisse illata Christo. Dum sacrum latus vulnerant, ingens sanguinis copia effluxit. Quo portento Judæi contremuere, & sacrum Baptisma susceperunt. D. 1. 50.

Princeps Peruanus offensam sibi a Christiano milite Crucifixi imaginem contemnit, & conspuat. Quid sit? Imago oculis & faciem ad iracundiam componit, & subito Princeps una cum trecentis proceribus humi prostratur. R. cent. 3. mir. 42.

Quidam Japonensis, postquam ad fidem fuit conversus, multas tribulationes passus est, præsertim ejus uxor compluribus partibus mortuus proles edidit. Gentiles sacrificiuli culpam hujus rei refundebant in ejus conversionem, cumque uxor iterum parturata erat, cum multis fœnis & sarcasinis cum onerasset, perfraserunt ut ad Xacam & Amidam rediret. Inflexit homo perverus cultum arripit, & Crucifixi imaginem, quam antea coluerat, confodit sed suo malo; nam proles in lucem edita immane vulnus habebat ea parte corporis, quæ imaginem læserat: agnovit peccatum, penituit, ad fidem rediit. R. cent. 3. p. 2. mir. 13.

Brunsbere in Prussia Crucifixi imago a Sueco milite tribus globis fauciat, sanguinem fundere visa est. In facello suburbano a Polonis magna in veneratione habetur. Ex Falsis J. J. 3. Maji.

In Monasterio S. Benedicti Vallisolei in Hispania vixit insignis Crucifixi imago, quæ & vite pulcherrime absque humana manus artificio excrevit, omniaque membra perfecte representat. D. 5. 25.

Sacerdos piensissimus S. J. quotidie devotissime veneratur agone Christi Domini: Et ecce! dum in hora mortis hanc ipsam devotionem pie repetebat, Crucifixus solutus a cruce brachii amantem illum amplexabatur. Ginter, Unus pro om. conf. 65. n. 8.

Avarus quidam fuit pauperum osorum rogantium clamores ut non deberet audire, in remotiore adium conclavi solebat habitare. Illuxit illi superna dies, dum eadaver in templum infertur, Crucifixi imago, quoties Sacerdos in sacro pronuntiabat verba: Dominus vobiscum, solutus & cruce manibus utramque aurem obturabat. Gint. Unus pro om. conf. 65. n. 7.

Somnolentia oratori terguum obdormit, dormientes, descendens de cruce, alampm infringit. Gint. Unus pro om. conf. 70. n. 5.

Crucifixus, dum ab impio lustore, qui

Sacra Vulnera Christi.

79. Recipiuntur a Christo amore nostri.

Christus comparatur aquilæ, quæ vulnos supra alas portat, ut sagittæ venatoris in se, non in illo penetrant. B. Ser. 20. n. 23. Et Ser. 25. n. 6. Regina quadam Anglia mariti venenatum ulcus exegit: ita Christus venenatum peccati, ejusque peccatum in se suscepit. S. punct. 153. f. 488.

Landspergius, qui alas, pugnos, sputa, flagella, spinarum aculeos, alioque crudelitatis istus computat, ait Christum toto corpore recepisse vulnera quinque mille, quadringenta, & septuaginta quinque: Cur tantam multitudinem? an non unicum vulnus, unica guttula sufficere? Respondetur: sufficere Redemptio, non sufficere amor. S. punct. 154. fol. 497.

Christus ascendens in calum retinet sacra Vulnera, ubi Angeli quinque illi exclamantur: Quis est iste Rex glorie? Quare quinque? S. August. ait: Pro nostro vulnere acclamant ei regiam dignitatem! Unde autem regia dignitas ex vulneribus? quia ex amore fuit voluntarie accepta? Gint. Unus pro om. conf. 135. n. 6.

In paradisi medio ascendebat fons irrigans superficiem terre. Hic fons est Divinus Sanguis, qui per quinque vulnera in salutem totius universi fluebat, prout explicat Devotissimus Landspergius. Gint. Unus pro om. conf. 113. n. 2.

80. Intercedunt pro nobis ad Deum.

S. Petrus Damiani ait: Quia per oris organum forte non possunt audire clamorem, de toto corpore linguam fecit. B. Ser. 85. nu. 6.

Rupertus: Singule plagæ grandem vocem habuerunt. Si de Lazari plagis, inquit Chrysol. in admonendo divite tot fuisse pauperis ora, quot vulnera, quid dicendam de Christi plagis melius sequentibus. S. punct. 37. fol. 777.

Antipater Dux cum apud Casarem per duellionis accusaretur, nil aliud fecit, aut dixit, nisi vulnera per Casare accepta ostendit: exclamavit his verbis Casar, hæc non sunt signa prodigionis, sed fidelitatis. Si vulnera hominis placidum Imperatori factis fuerunt, quanto magis Christi placando Deo. M. conc. 44. art. 3. n. 30. Manlius Romanus Belli-Dux, qui Gal-

Landspergius. Ser. de Pass. Nobis talis.

S. August. de Civitate Dei. Ser. 178. de temp.

Gen. 2. In paradisi medio ascendebat fons irrigans superficiem terre. Landspergius. Hic fons est Divinus Sanguis.

Pet. Damiani. Ep. 53. B. Ser. 85. nu. 6.

Rupertus. L. 1. c. 11. inquit Chrysol. Ser. 120.

G. 2. 105.

Ios hostes a moanibus Capitollii repulit, ad mortem a Senatu condemnatus exclamavit: Sicine condemnatis, qui profalute patrie paratus fuit mori? simul his dicitis ostendit cicatrices vulnerum, & mox prater vite gratiam pristino honori restitutus est. Ginth. Unus pro omn. conf. 114. n. 4. Item Conf. 145. n. 5.

Post diluvium Deus pactum inicit cum Noe & eius posteritate, quod vellet in nubibus ponere arcum, seu iridem, tanquam testeram pacti: Recordabor federis sempiterni. Arcus ille praeignavit Christum Crucifixum, nunc gloriosum in caelis, cuius vulnera cum Divinus Pater respicit, recordatur mansuetudinis & pacis aeternae. Ideo Christus resurgens in glorificato corpore retinuit haec vulnera, ait S. Cyprianus, Ut semper servate in corpore plagae, salutis humanae exigant pretium. Ginth. conf. 145. num. 5.

81. Sunt refugium in tribulationibus corporis & animo.

Alphonso Regi Portugalliae, visa immensa hostium multitudine trepidus, apparuit in aere Crucifixus, eique victoriam appromissit. Ex eo tempore Reges Portugalliae eorum cum quinque SS. Vulneribus Insignibus suis inferuerant. Ginth. Unus pro om. conf. 16. n. 3.

B. Angela horrendis tentationibus, & serupulis vexata, jubetur a Christo resistere ad sua vulnera. Fecit illa quae iusta est, & ex eo tempore vel tentatione curavit, vel semper victrix exitit. Gint. conf. 24. n. 5.

Quid sunt Vulnera Christi? Sunt quinque fontes paradisi, qui irrigant universam faciem terrae! Sunt refugium peccatorum! Sunt quinque limpidissimi lapides contra infernalem Goliath! Sunt foramina petrae scississima! Sunt thesaurus incomparabilis Ecclesiae! &c. Ginth. conf. 136. n. 2. & seq.

Christus Dominus etiam post resurrectionem quinque vulnera in glorioso corpore retinere voluit, ut sint asylius & refugium, portae salutis, & arcus pacis post diluvium, &c. Gint. conf. 145. n. 6. &c.

Beatus Vir, qui vigilat ad fores meae quotidie, & observat ad postea ostii mei. Haec fores & postes ad beatitudinem sunt SS. Vulnera: ubi S. Bonaventura ait: An ignoratis, quod Christus est gaudium Beatorum? cur tardavit per Ius corporis foramina in illud gaudium introire? S. Franciscus de Paula, in ipsa Feria sexta Para-

teves hora undecima moriens, ubi mortem sibi vicinam sentit, arripuit Crucifixi imaginem, inquam: Haec mihi clavis erit ad caelestem paradisum! Gint. conf. 105. n. 4. & seq. Item conf. 113. n. 5.

82. Sunt fontes gratiarum.

Quatuor flumina e paradiso egredientia irrigabant terram: Ita ait Greg. Naz. fluebat regius sanguis, & de paradiso illo caelesti cruoris flumina manabant. S. punct. 4. f. 548.

Paralyticus ille ad piscinam vehementer despondit, quod aquam petierit, cum hunc sanguinem petere debuisset. M. conc. 41. aff. 2. n. 11.

B. Joanni de Incontris ex Ord. Eremitarum S. Aug. ad saeculum obritosem Ordinis redituro apparuit Christus Dominus, illique suadet, ut rigorem illum in suis vulneribus intingeret. Fecit ille, & omnia illi dulcia facta sunt. T. n. 159.

Ezechiel vidit mirabilem librum scriptum intus & foris, qui gustatus, in ore Prophetae factus est sicut mel dulcis. Liber hic est Crucifixus amarus per compassionem, dulcis per devotionem. Et sicut in quolibet libro sunt quinque vocales, ita in Christo sunt quinque Vulnera, quae sic possunt interpretari: A, quia sunt Asylum omnibus in se sperantibus; E, quia sunt Epistola credentibus ad Patrem caelestem;

1, quia sunt Indulgentiae plenariae pro peccatis nostris; O, quia sunt Oidium vitae aeternae; U, quia sunt Ubera, quibus lactamus, & nutritur praesertim in SS. Eucharistia. Ginth. Unus pro om. conf. 142. n. 5. Et conf. 113. n. 2.

Ex his fontibus etiam animabus burgantibus remedium, & redemptio profuit: B. Joannes de Alvernia, dum SS. Vulnera adorat, videt scintillas sursum ad caelum evolare. Oratio S. Cetradis in honorem SS. Vulnerum efficax valde pro animabus purgantibus. S. punct. 37. f. 776.

83. Sunt pie adoranda.

Beatam Joannam Ludovici undecimi Galliarum Regis Filiam, Beatissima Mater edocuit, ut quoties quinquies Pater & Ave in honorem SS. Vulnerum devote recitaret, ea intentione, qua ipsa stans sub Cruce Dilectissimum Filium quinque plagis ductilem aeterno Patri promissi salute obtulit. Gint. Unus pro om. conf. 113. n. 6.

S. Greg. Naz. de Cl. p. 1.

Eod. p.

S. Aug. in 1. contra Iudeos.

S. Hier. Ser. 3. de Nat.

S. Aug. in 22. adu. 22.

B. Am.

B. Angela Fulginati apparuit Crucifixus, eamque instruxit, ut in sua SS. Vulnera sapius respiceret, subiungens, qui vult gratiam invenire, non levet oculos a cruce. Ginth. Unus pro om. conf. 16. n. 4.

Vulnera Iudae Machabaei pro patria accepta universum populum commoverunt ad complanationem & lacrymas: hinc omnes exclamabant, quomodo cecidit, qui saluum faciebat populum Israel? Similem effectum post se trahere debent Vulnera Christi pro nobis accepta. Gint. conf. 114. n. 1.

B. Joanna Ludovici XI. Galliarum Regis filia ab ipsa Beatissima Dei Matre edocita est, ut singulis diebus quinque Pater & Ave in honorem SS. quinque Vulnerum offerret, ea mentis intentione, qua ipsa flans sub cruce Dilectissimum Filium suis quinquibus Vulneribus sauciatum Divino Patri obtulit. Ginth. conf. 113. & seq.

Nec solum ore, sed etiam opere adoranda sunt sacra Vulnera: Pius quidam Sacerdos adversa omnia, quae passus est, schedulis inscripta in sacratissimum Crucifixi Vulnerum repositus, quae praxis illi ad vitam sanctitatem insigniter profuit. Post mortem illius in sacro peioris vulnere inventae sunt schedulae cum inscriptione: Persecutio, infirmitas, ignominia, dolores! & alia similes: Tu, mi Christiane, fac similitur! &c.

84. Sunt medicina qua curantur vitia.

S. Aug. ait: Fusus est sanguis medici, & saluum est medicamentum phrenetici: Et S. Bernard. Filius Dei altissimi iuberet occidi, ut vulneribus meis pretioso sui sanguinis balisam mederetur. S. punct. 37. fol. 772.

Haec sunt illa piscina quinque porticus habens, fanans omnes. S. Ibi.

Non tantum avertunt morbos animae, sed & praerunt: S. August. enim ait: cum me pulsata aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. . . lb. f. 773.

S. Petrus Dam. Vulnera Redemptoris quinque sunt, quia nos fueramus quinque sensuum vulneribus sauciati, & per has quinque plagas salutis perpetuo sumus restituti. M. conc. 44. aff. 2. n. 4. Sicut est sol fons splendoris, ardoris, & generationis fons fecunditatis terrae: Ita Sacra Vulnera Intellectum illuminant, Affectionem inflamant, & in anima generant Virtutem. S. punct. 37. f. 769. & seq. Deus reformaturus orbem dedit visibiliter S. Francisco Seraphico sacra vulnera. Eandem gratiam etiam fecit S. C. D. Claus. Special. in 1. d. 1. p. 1.

charina Senensi, B. Joanne Bonhomiz Abbatissae Ord. S. Ben. in Italia. Non casu sunt lanceae & clavorum quinque vulnera in Christo; quia in quinque sensibus sauciati, & per quinque vulnera facti sumus. Gint. Unus pro om. conf. 38. n. 2.

85. Prostant contra tentationes diaboli.

David pugnavit contra Goliath quinque lapides in sua petra recondidit, iisque Nomen Abrahae, Isaac, Jacob, Moyses, & Josue inscripsit, quorum ultimo gigantem, percussa fronte, stravit. Tu, mi Christiane, in tentatione, quinque hos lapides tibi commendatos habe, & praesertim ultimo Josue (per anagramma O JESU) vinces tentatorem. Ginth. Unus pro om. conf. 27. n. 2.

S. Christus ipse B. Margaritam de Cortona instruxit: si visuperintem custodire, fer tecum quinque lapides meorum Vulnerum, sine infernale Goliath in fronte percuties. Ginth. conf. 136. n. 4.

Angelus percussor, ubi in limine posuim apersum vidit sanguinem Agni Pachelis, sine lesione transiit. Eandem virtutem habet sanguis Agni immaculati in tentationibus carnis: audi S. Augustinum: Cum me pulsata aliqua turpis cogitatio, recurro ad Vulnera Christi. . . In omnibus adversitatibus, non inveniri tam efficax remedium, quam Vulnera Christi. Gint. conf. 109. num. 3.

B. Angela Vidua horrendis tentationibus & scrupulis vexata, confugit ad Crucifixum, remedium exorans, a quo adivit: Respice in vulnera mea! obsequandis monito, pacem animi consecuta est. S. Henricus in simili afflictione iustus est a Crucifixu, ut relicto saeculi fastu vitam solitariam ageret: Paruit Henricus, & deinde a Christo adeptus meruit: Henrice, inscriptus es in libro vitae. S. Reynaldo Episcopo, S. Pachomio, S. Antonio & aliis apparuit demon sub forma Christi Domini, sed illi ad Crucem, & SS. Vulnera confugientes, sycophantam in fugam derant. Ginth. conf. 24. n. 5. & seq.

86. Eorum cultus promovet ad sanitatem & salutem.

Ignem veni mittere in terram. Sed unde hic ignis caritatis? Ex SS. Vulneribus: Hic ignis, ait Ven. Vincentius Caraffi S. J. Papatissimus, profuit ex quinque fornacibus accessis, quae sunt Divina Vulnera. Gint. Unus pro om. conf. 33. n. 3.

Beatus Vir, qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei! quoniam sunt haec fores: sunt SS. Vulnera per quae, & praesertim per postes ostii, id est per vulnus lateris intrare debemus ad vitam. Ginth. Unus pro om. conf. 103. n. 4.

Samaritanus visus vulneribus miserandi hominis, qui incidit in latrones, misericordia motus, curam illius habuit, atque eius vulnera emplastris & medicinis sanare studuit. Eundem compassionis affectum in nobis excitare debent considerata Vulnera Christi! Pia anima his visis Domino compati, conarique debet, ut dolore & tormenta illi sanctis obsequiis compense.

Christus Dei Filius venit in mundum querere, & salvum facere, quod perierat. Remedium ad hoc illi fuit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendantur?* Sed unde hic ignis amoris & sanctitatis? Nempe ex SS. Vulneribus, ait V. Vincentius Carassa Prapof. Gen. S. J. Dominus ad inflammandum mundum sumpsit ignem Divini amoris ex quinque fornicibus: quae sunt vulnera Divina. Ginth. conf. 33. n. 3.

Vulnus Lateris.

87. Semper apertum peccatori refugium.

Uale discrimen inter Vulnus, quod vivo corpori, & aliud quod mortuo indigitur? nempe illud est discrimen: primum sanari potest, non alterum: Ideo inquit Silveira: *Christus voluit lateris vulnus semper apertum, & patens.* B. Ser. 10. n. 10. Et Serm. 85. n. 18.

S. Ber. Ser. 6. in 6. ann.

Veni columba mea in foraminibus petra, ubi S. Aug. & Bern. hoc vulnus nostrum asylum est, in quo tutas securitas, & requies. S. punct. 137. f. 430.

Cum Scraphico exclama: O latus! O latus apertum! O vulnus mei piissimi Redemptoris, hic, hic volo acquiescere, requiescere, dormire, mori! *Haec requies mea.* S. punct. 153. fol. 489.

S. Catharina Senensis a demone per desperationem tentata ad sacra Vulnera confugit. S. punct. 37. fol. 773.

Hic porta in arcam Noe, sibi ad negligentiam imputet, qui non ingreditur, si apertum novit introitum, ait Simon de Cassia. S. punct. 37. fol. 773. & 774.

De Vulnere Lateris non dicitur *Perclusit*, aut *vulneravit*, sed *aperuit*, ut illic quodammodo vita ostium panderetur, ait S. Augustinus. Ginth. Unus pro om. conf. 103. n. 6.

B. Joannes de Incontris mundo *validicens*, & Ordinem S. Augustini ingressus, in Novitiatu terribiles tentationes passus retrospicere, & in mundum regredi decrevit. Cum in prociudum erat egredientem, allocutus est eum Crucifixus, inquit: *Fili, si vis tibi aridior, sedus durior, vigilare nolle, sed ingredi in vulnus hoc, & dulcescent tibi omnia.* Ginth. conf. 103. n. 7.

88. Demonstrat Deum plene esse reconciliatum.

Cur guttas omnes sanguinis usque ad aquam Christus per pectoris vulnus effudit? ut ostendat Divinum cor suum non amplius esse iratum; ira enim est accensus sanguinis circa cor. S. punct. 153. f. 492.

Amor ultimas guttulas poposcit effundi in signum plena reconciliationis. S. punct. 153. f. 490.

Sicut sol per scissuram nubis radium emittit, ita aperto vulnere cor Christi illuminat, & ad gratiam invitat. S. punct. 37. fol. 769. & 773.

Apertum est cor, ut etiam intus videretur Christus esse agnum innocentissimum, ait Athanas. M. conc. 33. aff. 1. n. 4.

Disputant auctores, cui lateri hoc vulnus fuerit impactum, verum S. Bernardus & S. Augustinus non dubitant fuisse impactum lateri dextro; quia erat signum miserationis, refugium peccatorum, & tersera propitiationis: *Dextrum sibi propter*

S. Ber. Ser. 7. in 7. loc. habuit.

me passus est latus sedit, quod videlicet non nisi in dextera parare vellet locum refugii, ita Bernardus: *Non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit iuxta Dominum crucifixum aqua illa, quae de vulnere lateris eius emicuit, tanquam sacratissimo Baptismo fuisse persusum.* Ita August. D. 4. 43.

Christus Dominus post mortem accepit Vulnus pectoris, & continuo exivit *sanguis & aqua*: Aqua exivit, ait S. Ambrosius: *ut mundaret*: Sanguis, ut redimeret. Ginth. conf. 103. n. 2.

89. Est refugium & spei nostrae salutis.

Per latus Adami dormientis gloria clausa est (quia ex eius latere mulier deceptrix creata) per latus Christi mortui felicitas nostra aperta, ait Procopius. M. conc. 8. aff. 3. n. 1.

Procop. in Gen. 26.

Cur dextrum latus perfodi voluit? Respondet Bernardus, quia in dextera parare locum refugii vult, sinistra enim locus irae est. M. conc. 41. aff. 4. n. 17. S. Lou.

S. Longinus per hoc sanctum Vulnus, quod ipse aperuit, salutem invenit, adeo amavit Dominum, ut illum crucifixum sine lacrimis intueri non potuerit. Missos a Pilato, qui caput Longini referent, peramantem hospitio excepit, & seipsum prodidit, tum veste alba se induens, animam calce, caput Pilato ferendum dedit. *Metaph.*

S. Elzearius Comes Conjugi Delphinæ, cum qua in continua Virginitate vixit, rescript: *Quære me in Vulnere lateris Christi! ibi habito.* N. 14. Maii.

Holofernes Urbem Bethuliam expugnaturus praecidit aquæ ductum. Et certe hac arte subjugasset urbem, nisi aliter Deus illi subvenisset! *Ve nobis, si infernalis Holofernes hunc fontem gratiarum nobis obstruat, per quem ex Divino corde caelestes gratiae nobis afflunt.* Ginth. Unus pro om. conf. 142. n. 2.

Sicut timens ac tremens seipulum a canibus venaticis impetitus confugit ad cavernam maceria; ita anima Christiana in omnibus mundi tribulationibus, & praesertim in morte ad Sacra Vulnera Christi, contra infernales persecutores confugiat. &c.

90. Est refugium in omnibus necessitatibus.

Quinque erant civitates refugii. S. Augustinus ait: In omnibus necessitatibus non inveni tam efficax remedium, quam Vulnera Christi. S. punct. 37. fol. 774.

Sibi impuget, qui non ingreditur, si a-

peritum videt introitum, ait Simon de Cassia. libid.

Hic habitavit Elzearius, qui uxori respondit: *Quære me in latere Christi, ibi habito.* lib. fol. 775.

Bonum est nos hic esse, ubi S. Bonaventura: *Faciamus tria tabernacula, unum in manibus, alterum in pedibus, tertium in latere.* lib. fol. 775.

Paralyticus non ad piscinam, sed ad hujus vulneris sanguinem confugere debuit. M. conc. 41. aff. 2. n. 11.

Quinque erant civitates refugii in Aegypto, & una vocabatur *civitas solis.* Haec quinque urbes sunt quinque Vulnera Christi, & civitas solis est Vulnus lateris! Pio cuidam Religioso Vulnus lateris Crucifixi pro nocturno lumine luxit: Ita univulnus hunc sacrum nostrum intellectum illuminat, ut agnoscat, quid in prosperis, & quid in adversis agendum sit. Ginth. Unus pro om. conf. 145. n. 2.

Quidquid homini Christiano adversitatis accidit, semper hoc solatio esse erigit, quod Divinus Redemptor amet nos a timore infinito, & consequenter omnes tribulationes corporis, & animae ad salutem nostram dirigat. Amor Christi erga nos est fundamentum spei nostrae! Ubi autem resideret hic amor in Christo? In corde JESU! igitur, cum cor JESU apertum sit, in omnibus malis confugiamus ad ambrosissimum Cor JESU tanquam asylum, & ex eius amore spem & solamen capiamus omnium ærumnarum! &c.

LIBER TERTIUS

D E

SS. VIRGINE MATRE DEI.

MARIA VIRGO.

- Comparationes B. Virginis:
 - Comparatur Platano.
 - Lucerne. Nebule.
 - Iridi. Aurora. Soli. Lunæ.
 - Arca Noe. Arca testamenti.
 - Turri David. Cedro.
 - Columbe. Mari.
 - Virge Moysi. Stellis. Palma.
 - Nomen MARIÆ.
 - Reliquie Vestium, &c.
- CULTUS BEATISSIMÆ VIRGINIS.
 - Mosarium B. Virginis.

Scapulare. Templum B. V.

Imago Beatissimæ Virginis.

EXCELLENTE B. V. QUOAD CORPUS. EXCELLENTE B. V. QUOAD ANIMAM. PATROCINIUM B. V.

Patrocinium erga peccatores.

Patrocinium in necessitatib. temporalibus.

Patrocinium in morte & Judicio.

Patrocinium erga animas purgantes.

VIRTVS BEATISSIMÆ VIRGINIS.

Cassitas, Virginitas. Fidelitas.

Espiritudo, seu Martyrium sub Cruce.

Humilitas.